

## III.

Peccatum igitur in Spiritum Sanctum, non modò singulare est, sed etiam simpliciter irremissibile, sive ad mortem; ideoq; omni spe venia, ac pœnitentiæ, semel perpetratum, in æternum caret: cæteræ vero iniquitates sunt & ipsæ omnes peccata, sed non simpliter ad mortem, hoc est, non omni spe venia destituuntur prorsus: sed per Dei gratiam remissibiles sunt pœnitentibus, per & propter Agnisanguinem, verâ fide perceptum.

## IV.

Cæteroquin omne peccatum in sece, & suinaturâ, promeretur mortem, sive Originale id sit, atq; inhabitans, hoc est, tûm primū à Protoplastis commissum, tûm à primo ovtum, id est, per traducem ad nos propagatum (Per unius enim offensam mors regnabit per unum, Roman. 5. 17. Item quæ: Eramus omnes filij iræ naturâ, ut & reliqui. Eph. 2. 3. Concepti videlicet & nati in peccatis, Psal. 51. 7.) sive peccatum sit Actuale. Omnes enim affectiones in (non renatorum) membris vigent ad fructum ferendum morti. Rom. 7. v. 5. Gal. 3. 10..

## V.

Nam quod inter mortalia peccata, & venialia distinguunt (non quidem in sece considerata, tanquam talia sint suâ naturâ) sed renatorum respectu, quatenus in luctâ Spiritus adversus Carnem quandoq; etiam veri fideles graviore aliquâ præoccupantur offensâ (ut videre est in Davide, & aliis, Galat. 6. 1. 2. Corinth. 12. 21.) sanè dicimus, quamdiu tales ab operibus carnis manifestis non desistunt, nec super impuritate & proterviâ suâ pœnitentiam agunt, tamdiu condemnationi obnoxios, regnum Dei hæreditare non posse, donec resipiscant: quod pertinet disciplina Ecclesiastica ad præcavendum, ne scandalosè viventes fraude peccati, ad nos circumcingendos proclivi, indurentur, 1. Cor. 5. 5. & cap. 6. 9. 2. Corinth. 13. 2. Galat. 5. 21. 1. Timoth. 5. 20..

## VI.

Dominus enim semetipsum pro nobis non tantum dedit, ut redimeret nos ab omni iniuriae: sed etiam ut purificaret sibi populum peculiarem, zelotem bonorum operum. Tit. 2. 14. Etenim in Christo Jesu nihil valet, nisi nova creatio. Galat. 6. 15. quænquaquam est nova (propt novam esse oportet) nisi ambulemus secundum novitatis regulam; Nam si Spiritu vivimus, Spiritu etiam incedamus, Galat. 5. 25.

## VII.